



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

DXXII. Notariats-Instrument über das vom Bischof Hieronymus von Brandenburg dem Erzbischof Albrecht zu Magdeburg geleistete Suffragan-Gelöbniß, vom 2. Nov. 1518.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

Si fecus fuerit factum, Id irritum et inane decernimus per presentes. Jus autem patronatus sive presentandi diete capelle vacationis tempore apud prelibatos viros Proconsoles et Consoles veteris Brandenburgensis Civitatis de vnanimi eorum consensu perpetuis futuris temporibus manere spectare et pertinere volumus; Primariis nihilominus nostris precibus et aliis iuribus nobis in premissis competentibus ac etiam parochialibus In et per omnia semper salvis, premissis omnibus et singulis auctoritatem nostram ordinariam et decretum Interponimus per presentes, Nulli igitur homini liceat hanc paginam nostre acceptationis infringere aut ei ausu temerario quovismodo contravenire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, Indignationem omnipotentis dei et Beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum in arce nostra Episc. Ziiezer, Anno domini Millesimo quingentesimo sexto decimo, die Mercurii sexta mensis Novembris, Vicariatus ob muneris nostri sigilli carentiam sub sigillo presentibus in evidens testimonium premissorum subappensi.

Petrus Conradi Notarius ad premissa manupropria.

Nach dem Originale.

DXXII. Notariats-Instrument über das vom Bischof Hieronymus von Brandenburg dem Erzbischof Albrecht zu Magdeburg geleistete Suffragan-Gelöbniß, vom 2. Nov. 1518.

In nomine domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo decimo octauo, Indictione Sexta, die vero Martis, secunda Mensis Nouembris pontificatus Sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Leonis diuina prouidentia pape decimi anno Sexto, In Reuerendissimi et Illustrissimi principis et domini domini Alberti Miseratione diuina tituli Sancti Chrisogoni sacrosancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis, sancte Maguntinensis sedis et Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopi sacri Romani Imperii Archicancellarii, Principis Electoris ac primatis, Administratoris halberstadtensis, Marchionis Brandenburgensis, Stettinensis, pomeranie, Cassuborum et Schlauorum ducis Burgrauii Nurenbergensis ac Rugie principis, Meique Notarii publici testimonioque infracriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus Reuerendus in christo pater et dominus dominus hieronimus Episcopus Brandenburgensis, prefati Reuerendissimi ac Illustrissimi principis Cardinalis Archiepiscopi Magdeburg etc. Suffraganeus, Principalis principaliter pro se ipso ad requisitionem pro et dicti domini Archiepiscopi nomine prius factam se ad fidelitatis obedientie et reuerentie solitam et consueta promissionem sponsonem atque manualementem ceteraque in et circa huiusmodi fieri obseruari solita atque consueta admittere debitis cum reuerentia et Instantia postulauit. Quam petitionem Reuerendissimus et Illustrissimus princeps et dominus Cardinalis ac Archiepiscopus supradictus Justam atque rationi consonam fore attendens prius consilio et premeditatione cum sue Reuerendissime et Illustrissime paternitatis consiliariis habitis, prenominationem Reuerendum patrem et dominum dominum Jheronimum Episcopum Brandenburgensem Suffraganeum suum ad huiusmodi obedientie ac reuerentie solite et consuete promissionem pollicitationem et manualementem admittendum duxit et admittit. Cui Episcopus Brandenb. principalis et principaliter admissus Omnibus melioribus modo Jure via causa forma et ordine quibus debuit et potuit animo tranquillo ac deliberato huiusmodi fidelitatis obedientie et reuerentie debite realem et effectualementem dedit et fecit prestationem atque manualementem promissionem eandem vice ac loco Juramenti fideliter ac Inuiola-

biliter obseruandam Cum omnibus suis annexis et connexis Ipsi Reuerendissimo et Illustrissimo Archiepiscopo Magdeburgensi de Jure obseruantia seu consuetudine a gratia sua Suffraganeo debitis libere palam et publice in manibus eiusdem Reuerendissimi et Illustrissimi Cardinalis principis et Archiepiscopi Ipso principaliter recipiente et stipulante realiter et effectualiter prestitit atque ipsi Archiepiscopo suo Magdeburgensi in omnibus licitis et honestis vt suffraganeum decet parendum et obediendum expresse obligauit, Stipulatus est atque Promisit. Super quibus omnibus et singulis premisis prefatus Reuerendissimus et Illustrissimus Cardinalis et Archiepiscopus Iussit et mandauit per me Notarium publicum infra-scriptum publicum et publica fieri et confici Instrumentum et Instrumenta. Acta fuerunt hec in arce diui Mauricii opidi hall Magdeburgensis dyocesis Inque Stuba maiori vulgariter ad Rosam nunoccupata Sub anno Indictione die Menso et pontificatu quibus supra. Presentibus ibidem Generosis Nobilibus Egregiis et Strenuis viris dominis Bottone Comite in Stolberg, Magistro curie, Wolfgango de Schonberg, Comite domino in Gleuchen et Waldenberg, Buffone de Aluensleuen doctore preposito Brandenburg. Laurentio Zceh doctore et Cancellario et aliis consiliariis prefati Reuerendissimi et Illustrissimi domini Cardinalis Archiepiscopi etc. testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

Et ego Tielmannus kreych presbiter Maguntinensis dyocesis publicus Sacra Imperiali auctoritate Notarius quia dictis obedientie prestationi Promissioni ac Receptioni omnibusque aliis et singulis premisis dum sic vt premititur coram prefato Reuerendissimo et Illustrissimo Cardinali principe archiepiscopo etc. fierent et agerentur vnacum prenominatis testibus presens Interfui Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci subscripsi publicauit, Et in hanc publicam formam redegei Signoque nomine et cognomine meis solitis et consuetis signaui In fidem et testimonium omnium et singulorum premisorum rogatus atque Requisitus.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.

DXXIII. Vergleich zwischen dem Bischof Hieronymus und dem Domcapitel, wornach der Bischof und jedes Mitglied des letztern über sein Vermögen frei testiren kann, vom 29. Oct. 1518.

Wir Hieronimus, von Gots Gnaden Biffchoff zu Brandenburg, und wir hernoehgeribbene Nicolaus Brofken, Dechandt, Petrus Behem Cantor, Philippus Klytzingk, Thesaurarius, Thomas Brytzke, Senior, und das gantze Capittel der Kirchen zu Brandenburg, bekennen etc. nachdeme wir Hieronimus in negster unfer Krangkheit eyn gotlich zeymlich Testament am mehern Teyll unfer Thumkirchen zu Mherung Gots Dienst und Enthaltung der Personen derselben beschloffen und im aller Pesten unfer Bruder, Thechants und des Capittels Vorwillung dorzu erfucht, das och erslich aus irer guter Vernunft gutwillig von inen vor unfern Geschigten gefulwort und dornach durch eyn besze Verfarung widder geweygert ist wurden, doraus sich erfolget hat, das wir aus guten Grunden unferer Thumherren Testament noch nit haben iren Furgang gestatten ader och dieselbigen bestettigen wollen: derhalben haben wir und unfer Capittel uns eynmüdtig derselben Infall volgender Meynung vor unfer und alle ire Nachkomende vereiniget und vertragen, nemlich also, das